



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XXV. Christus palam locutus est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

## CAPVT XXV.

*Christus palam locutus est.*

**F**IGVRAE. 1. Ionatham filius Ieroboal in vertice montis Garizim eleuata voce arguit viros Sichem multis parabolis, quod sibi in iudicem adscuerant Abimelech qui 70. fratres filios Ieroboal occiderat. Iud. 9. 5. 6. 7.

2. Dauid in vertice montis stans, Abisai eum occidere voluit Saul, Abner principem militiae Saulis, & populum negligentem regem, coarguit. 1. Reg. 26. 5. 6. 7. 8. 9. Vers. 13. 14. 15. 16.

**P**ROPHETIAE. Prou. 8. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisq; verticibus supra viam, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens. O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, ut recta praedicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Isai. 45. 19. Non in abscondito locutus sum in loco terra tenebroso: non dixi semi-ni Iacob: frustra quarite me, ego Dominus loquens iustitiam, annuncians recta. Ibid. cap. 65. 2. Expãdi manus meas tota die ad populũ incredulũ qui graditur  
*in via*

in via nō bona post cogitationes suas. Vers. 12. 13. 14.  
 Numerabo vos in gladio, & omnes in cade corrueris  
 pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum,  
 & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis,  
 & quæ nolui elegistis. Propter hoc hæc dicit Domi-  
 nus Deus: ecce serui mei comedent, & vos esurietis:  
 ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei  
 letabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei  
 laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis  
 præ dolore cordis, & præ contritione spiritus con-  
 labitis.

VERITAS. Ioan. 18. 19. 20. 21. Respondit  
 ei Iesus. Ego palam locutus sum mundo, ego semper  
 docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudei  
 conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quam  
 interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locu-  
 tus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

## CAPVT XXVI.

Christus alapa ceditur.

FIGVRA. Michæas propheta prædicans ve-  
 ra, & mortem Achab vaticinans, à Seebhia  
 in maxilla cæditur. 3. Reg. 22. 17. Et ille ait:  
 di cunctum Israël dispersum in montibus, quoniam  
 non habentes pastorem. Et ait Dominus: Non ta-  
 bent isti dominum: reuertatur unusquisq; in do-  
 mum suam in pace. Vers. 24. Accessit autem So-  
 dechias filius Chanaana, & percussit Michæam  
 maxillam, & dixit. Me ne ergo dimisi spiritus Do-  
 mini, & locutus est tibi?

PRO